





DISSERTATIONEM IVRIDICAM

21

D E

# IVRE POENARVM

CRIMINIS GRAVIDITATIS CELATAE,

E T

PARTVRITIONIS CLANDESTINAE

DVBIO.

1800

21

P R A E S I D E

V I R O

G R A V I S S I M O , C O N S U L T I S S I M O

E T C L A R I S S I M O

D. IOANNE CHRIST. WOLTAER

P R O F . I V R . O R D I N A R . E T F A C V L T . I V R I D .

A S S E S S O R E

L E G I S T I P E N D I I O B T E N I T S A T I F S A C T V R V S

D I E X I I . A P R I L I S C I D I O C C C G .

R V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R

C A R O L V S F R I D E R I C V S F R I C C I V S ,

S T E N D A L I A - P A L A E O - M A R C H I C V S .

H A L A E ,

F O R M I S I O . C H R I S T . H E N D E L I I .

DIESELBE WERKSTADT AUF HINIGEN

D E

JAHRE FÖRTH ARMIN

GEGRÜNDE DABURGISCHE CESTALAN

PARTRAVITISCHI VANDERTHAN

D A T I O

PARTRAVITISCHI VANDERTHAN

VIRIS,  
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**S A M V E L I A V G V S T O**  
**D E G O L D B E C K ,**  
POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS,  
SVMMO CANCELLARIO;  
SVPREMO LEGVM, FERENDARVM  
ET  
ADMINISTRANDARVM MODERATORI,  
CONSISTORII SANCTIORIS REGIS MEMBRO  
INTERIORIS ADMISSIONIS,  
ORDINIS A Q V I L A E R V B R A E E Q V I T I ;

NEC NON

17217  
CANTUS ALIAS LUTEA LYCOPIS  
DOMINIO  
SACRAE MARCHANTIA  
DE GOLDBECKI  
MUSICA SACRA  
CANTUS ALIAS LUTEA LYCOPIS  
DOMINIO  
SACRAE MARCHANTIA  
DE GOLDBECKI  
MUSICA SACRA

PERILLVSTRI  
DOMINO  
CAROLO FRIDERICO  
BALLHORN,

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS  
IN CAVSIS IVSTITIAE A CONSILIVS INTIMIS;  
COLLEGIT,  
QVOD PER MARCHIAM ELECTORALEM  
RES IVRAQVE PVEILLORVM CVRAT DIRECTORI,  
SVMMI SENATVS IUDICANDARVM  
ADPELLATIONVM MEMBRO,

PATRONIS ET FAVORIBVS

D E M I N O

C A R O L I C U D E R I C C

D D D

B A L F H O R I

O B S E Q V I I ,

PIETATIS PARITER AC GRATITUDINIS

PERENNIS

M O N U M E N T U M

P I E N T I S S I M V S C L I E R N S

C. F. FRICCIUS.

Alio cibis, satis. Vnde quodammodo dicitur, et  
etiam nomen huius est, quodammodo, sed  
non sibi inservit corpori, sed non videtur dicitur  
etiam nomen huiusmodi, non sibi inservit  
etiam nomen, quoniam est per se, sed  
est in aliis modis, sicut in aliis, et ceteris  
et ceteris, etiam nomen huiusmodi, etiam  
etiam nomen huiusmodi.

§. 1.

**I**nterest admodum reipublicae, castos  
esse cives pudicosque; magis vero, feminas  
esse pudicitiae tenaces custodes, sine quo  
civitatis perennitas consistere nequit. Ideo  
in eorum sententiam eo, qui maiorem a fe-  
mina, quam a masculo castitatem requiri sus-  
tinent, quamvis officiorum divisio discipli-  
neat, et arceam marem, qui ullo modo  
sele pudicitiae legibus exemptum putet. Meam  
sententiam prudentissimos quoque Principes  
tuitos scimus, qui propositis in impudicas  
feminas, et earum castitatis follicitatores poe-  
nis, pasim sat atrocibus, seminarum pudi-  
citiam munitum iverunt. Neque sententiam  
defererem, licet quis me in ea errare doce-  
ret. Habet enim suam utilitatem. Con-  
firmat pudicarum seminarum bonam mentem,  
et ad impudicitiam prouieres coerget.

§. 2.

Ea est hominum, maxime qui in civi-  
tatem coierant, natura, ut, vel sponte vel  
igno-

ignorantia si deliquerint, omni studio effi-  
cere emitantur, ut admisi mali facinoris  
memoria extinguitur, ejusque notitiam soli  
retineant. Hocce commisum maleficium ce-  
landi studium, naturam homines docuisse  
censeas. Quo magis igitur perpetrati delicti  
reatus conscientia delinquentem vexat, eo  
majorem operam nayabit, ne illud innotescat iis,  
quos praecipue delictum commisum  
ignorare cupit. Et licet forte bene in-  
telligat, admisi a se delicti naturam esse  
ita comparatam, ut in iis, quae naturaliter  
delictum comitantur, sit certissimus index,  
totus in eo erit, ut quam diutissime inevi-  
tabilem delationem differat. Pronior est na-  
tura hominis ad negandum celandumque ma-  
leficium, dum sperat fore, ut intereat crimi-  
nis indicium et probatio. Vituperat quidem  
bona mens hanc agendi rationem. Sed na-  
turam expellas furca, tamen usque recur-  
ret prava, quam seminae cum maribus com-  
munem habent.

## § 3.

Varium quidem est et multiplex genus  
pollutorum muliebris Pudicitiae sacrorum.  
De omnibus dicere apud animum non con-  
stitui; neque de omnibus stupris, quae pa-  
tientes seminae in suum corpus peccantes  
committunt. Satis est monuisse, stupri no-  
tationem tam latam milii esse, ut omnem  
coitum complectatur, quem semina iponte  
in

9

injuria cum mare exercuit. Itaque stuprum quidem, quod semina sponte perpersa est, ex eo genere malefactorum esse, quae legum castitatis violationem habent, quibus obdire feminam oportet, patet. Est deinde mali hujus facinoris ea indoles, ut illas committere posit, cum semina nupta, tum coelebs. Hinc seminarum supra sunt vel muptarum, vel coelibum, neque statim constuprata feminam stupri violataeque muliebris pudicitiae rea dici poterit. Latius igitur procedit constupratae feminae notio.

§. 4.

Femina, quae cum mare rem habuit, vel praegnans recedit, vel minus. Illa gravida vocatur, et ventrem, sciens aut suae conditionis ignara, gerit, usque dum abortiens vel pariens ediderit molam, monstrumve aut hominem, aut neutrum. Praesertibus qui quaeve obstetricia auxilia ferre poterant, nec ne, peperit hominem, qui enecatus deinde animam efflavit, vel naturali fato statim succubuit, vel qui vivus sanusque servatus est. Quae si quis ad solutas adplicaverit constupratas feminas, intelliget sua sponte, esse, ad quae jus adaptari potest, diversa I) stupri factum; II) graviditatis conditionem; III) abortus parturitionis factum et IV) partus editi fata.

§. 5.

§. 25.

Constitutum habemus Principem, Patriae Patrem, cui, et in quem populus omnium imperium et potestatem contulit, cuique hinc datum est jus, ut, quod constituisset, ratum eset. Inter aequitatem iusque interpositam interpretationem Principi soli igitur et oportet, et licet inspicere.<sup>a)</sup> Itaque, quod Principi placuit legis habere vigorem, legem esse, et quemlibet civem propositam a Principe legem oportere ex le qui ad instar sui proprii judicii de eo, quod fieri voluit noluitve, constat. Pudet vero vi rum sapientem et constantem mutare consilium, maxime in damnum alterius; et rectae rationis praecepsrum est, neminem posse mutare consilium suum in alterius injuriam, neque debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri. Nemini, salva publica salute, sibimet ipsi sine judice jus dicere permitti potest; in re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiae.<sup>b)</sup> Bonus itaque et probus civis suum quidem judicium libenter legibus habmittit, nihil contra leges facit, et juris sui dubii decisionem dato sibi a Principe judici ac magistratui permittit. Digna enim vox est majestate Regnantis publica legibus alligatum

<sup>a)</sup> Allg. L. R. Einl. §. 22. 47. 49. 50. 73.

<sup>b)</sup> Cod. ne quis in sua causa judicet vel jus sibi dicat.

Allg. L. R. loc. cit. §. 76—79.

II

se Principem profiteri, submittere legibus  
Principatum et sublime suum jus contra sub-  
ditum in iudicio persequi velle. c) Pessi-  
mus sit, necesse est, qui illustre exemplum  
imitari detrectet. Sunt tamen, et in nostra  
civitate, qui nituntur in yctitum; quos bo-  
nos poenarum metu reddere et invitum Prin-  
cipem oportet, cujus in tutela omnium salus  
est. d)

§. 6.

Solus hinc Princeps Iustitiae verum vi-  
sibile in civitate templum, ac sacrarium est;  
et summus Iustitiae custos. Quos, divisis  
provinciis, juris sacerdotio praefecit magi-  
stratus soli quidem Principis auspiciis aequum  
ab iniquo separant, licitum ab illicito dis-  
cernunt, malos puniunt; sed turpiter Iusti-  
tiae sacra pollunt, et in Principis majesta-  
tem ipsi committunt, qui rem saluberrimam  
non secundum leges agunt. Iudicis senten-  
tia legis debet esse viva vox; et quod lex  
non dicit, judex dicere non debet. Est ergo  
lex norma a Principe constituta, definiens,  
quid magistratus civium imperare, vetare,  
permittere, punire et possint et debeant.<sup>e)</sup> Et ille demum jure iniquitatis et injuriarum  
judicis sententiam factumve vel omisum ab  
eo accusat, qui liquido docet, judicem con-

tra

c) Allg. L. R. loc. cit. §. 80.

d) Allg. L. R. loc. cit. §. 76, 81.

e) L. 7. D. de legg. I. 3. I. 7. Allg. L. R. loc. cit. §. 1.

tra legem fecisse.<sup>f)</sup> Quemadmodum igitur non omne, quod licet facere civi, natura honestum est: ita vice inversa, non omne, quod naturaliter bonum, honestum, aequum, licitumque censeri potest, iudex bonum, honestum, aequum et licitum judicabit. Nam in iis iudicium summum sequi duntaxat potest civis, quae ejus arbitrio reliquit Princeps Optimus;<sup>g)</sup> et iudicare de iis, de quibus subditio iudicandi facultas permisa est. Est ergo apertissimum discriminem inter legem, et iudicis sententiam. Cui permisum est, a judice prolatam sententiam iniquam et injustam dicere: illi ideo concessa dici nequit licentia legem duritiei, iniquitatisque arguendi. Felices ergo nos! quibus Potentissimus Rex permisit, liberrime de ipsis iudicare legibus extra iudicii cancellos. Verecundiam et decentiam quilibet jure, quod natura omnia animalia docuit, exigit in suae sententiae contradicente. Merito justam poemam luit subditus, qui inverecunde, immo-deste, insulteque de lege suae civitatis et Principis iudicio dicit. Pesimum hocce crimen curatisime cavebo.

§. 7.  
Stuprorum, quae seminarum nuptarum ut et solitarum pudicitiam laedunt, frequen-tiam

f) L. 199. D. de reg. jur.

g) Allg. L. R. loc. cit. §. 87.

tiam, et experientia, et leges ipsae evincunt, quae de stupris coercendis puniendiis propositae sunt. Nam ex his, quae forte uno aliquo calu accidere possunt, jura non constitui, sed ad ea potius debet aptari jus, quae et frequenter et facile eveniunt, recte observatum est a Celfo Icto.<sup>b)</sup> Evenit quoque passim, ut semina soluta ob stuprum, quod sponte perpersa est, puniri debeat, siue stupri delicti rea sit. Civiliter enim delictum defendimus, factum, ob quod civem subditum punire iussus est judex lege: poenam vero, malum, quod sola vi justae judicis sententiae ob factum pati debet subditus civis.<sup>i)</sup> Crimen stupri, quod coelebs semina admisit, jam non curio; neque quando, sit commissum, neque quale. Si forsan est, curatus studebit impudica, ne inter reas recipiatur. Et praegnantem se sentiens, omni opera curabit, ut proditionem ventrem immediat, quominus ream, aut tardissime saltim matrem ream deferat, ut recte observat Plouquetus.<sup>k)</sup> Rarius ergo promeritam stupri poenam huius soluta semina, quae infecundam rem prohibitam cum mare habuit. Quam venter partusque prodidit, et criminis

ream

<sup>b)</sup> L. 4. 5. D. de legg. SCrisque.

<sup>i)</sup> Allg. L. R. Part. II. tit. 20. §. 7.

<sup>k)</sup> Noch eine Meinung über die Frage: welches sind die besten ausführbarsten Mittel, dem Kindermord Einhalt zu thun? Tüb. 1783. 8.

ream manifestissime probavit, quae si justa poena afficitur, non ob ventrem partumque punitur; sed ob crimen, quod insons ceteroquin graviditas et parturitio fecuta est. Et haec citra poenam celata graviditas, clandestinaque solutae stupratae foeminae parturitio, ceteroquin lege insontes criminis indices ac testes, ad meum argumentum non pertinent.

### §. 8.

Praesto sunt ubique tristia exempla solutarum seminarum, quae praegnantes fese ex stupro sentientes, variis rationibus commotae, modo in sua viscera laeviunt, abortumque procurant; modo clam parturiunt. Editum clandestine partum aut suffocant, aut obstetriciis auxiliis destituae et invitae infantuli fata accelerantes infanticidii culpa dolore malo commisisti reae sunt, aut, licet mortuum corpus ediderint, idoneis testibus destitutae infanticidii praeparati suspicione fese liberare nequeunt. Itaque propositas habemus leges, quae celatum ventrem parturitionemque clandestinam procurati abortus, aut facti praeparative infanticidii criminis suspicione oneratas solutas seminas volunt; adeo, ut quaestioni subjici debeant,<sup>1)</sup> probatoque crimine puniri. Quod si vero crimen probetur, vel abortus procurati vel infanticidii, cuius indicium fuit vel velata ven-

<sup>1)</sup> C. C. C. art. 33. 36. 131. §. 7.

15

tris gestatio, vel clandestina parturitio, et  
promerita poena muliercula adficiatur; iti-  
dem in aprico est, nec ob factum ventris  
celati, nec clandestinae parturitionis feralem  
sententiam pronunciasse iudicem. Hic exu-  
lat celatae graviditatis aut parturitionis clan-  
destinae crimen, de quo solo dicere quaedam  
confitui.

§. 9.

Sunto jam, de quibus agere mihi sumsi,  
facinora, crimina. (§. 7.) In quibus confi-  
stant primum dispicere me orportere intel-  
lico equidem. Praemonuisse iuvat, haec  
crimina Quiribibus suis omnius ignota. Et  
Pontifices et leges, quas nuncupamus dome-  
sticas Imperii germanici universales, quae  
de criminibus coercendis cauent, ista delicta  
neglexerunt. Quae de istis criminibus desci-  
niunt, propriae quorundam sunt territoriorum,  
in quae scinditur Germania nostra.  
Quantum equidem scio, primus D. quon-  
dam Rex noster, Fridericus II., promulgata  
constitutione generali,<sup>m)</sup> propria crimina  
jusfit; quo jure emendato adhuc utimur.<sup>n)</sup>  
Nostrum jus deinde et alii Principes legum  
atores quidam imitati sunt. Ideo frustra,

fi

<sup>m)</sup> d. d. Berol. d. g. Febr. 1765, in N. C. C. Brand,  
Part. III. coll. 583. num. 13.

<sup>n)</sup> Allg. L. R. Part. II. Tit. 20. §. 883—984.

si Virum Perillustrem Kleinum o) exceperis, de his criminibus rite judicandis et juste puniendis evolveris juris criminalis interpretum commentarios. Miruni, neque Io. Sam. Frid. de Böhmer, late ceteroquin disserentem de utero disimulato et clandestina parturitione ceu indicis infanticidii; p) neque Paalzovium q) utrosque Ictos nostrates, ne quidem tetigisse quaestione: an dissimilatus venter parturitive clandestina jure crimina sint; quaque poena expienda, quando suo nomine, suoque delicti corpore itant, nec in aliud crimen transeunt. Causam meam ex legibus nostris agere, mihi hic propositum est.

§. 10.

Soluta femina sit dissimulati uteri criminis rea, quae gravitatis conscientia professa non est suam gravitatem apud eos, apud quos confiteri eam lege iusta est, quae propter stuprum neque, neque clandestinam parturitionem abortumve procuratum, neque ob infanticidium puniri potest. Ut hujus criminis rea dici poslit solus sufficit gravitatis professionis debitae neglectus. Nam si ob stupri, aut abortus procurati reatum, aut

quod

o) Grundf. d. peinl. R. §. 355—356.

p) In meditatt. in C.C.C., quae Halae demum 1774. 4. prodierunt ad art. 131.

q) In comp. iur. crim. romano - germanico - forensis, (Halae 1779. 8.) §. 686.

17

quod clam pepererit, aut fata insantis acceleraverit, poenae subjici debeat, majore poena, quam promeruit, ob concurrens delictum, modo a lege dictata, modo a judice exasperata afficitur. Ideo corpus criminis celatae graviditatis in eo solo absolvitur, quod praeter neglectam professionem suae conditionis tamtummodo rea sit. Crimen hocce a solis constupratis solutis feminis committi potest, estque earum proprium. Nec mutat delicti naturam, quod criminis societatem et alii contrahere posint.<sup>1)</sup>

§. II.

De hoc crimine lex nostra ita cavet:

Wird eine Geschwächte, die ihre Schwangerschaft verheimlicht hat, von einer unzeitigen Leibesfrucht entbunden, und der Verdacht durch die darauf gerichtete Untersuchung nicht bestätigt, so soll sie 1) wenn sie die unzeitige Leibesfrucht, binnen 24 Stunden nach ihrer Entbindung dem Gerichte vorzeigt, nur in die Unterforschungskosten verurtheilt werden; sie hat aber eine 4 bis 8 wöchentliche Gefängnisstrafe verwirkt, wenn ihr nur eine Vernachlässigung der Leibesfrucht zur Last fällt. 2) Findet sich, dass die dem Gerichte nicht vorgezeigte Leibesfrucht noch nicht 30 Wochen alt gewesen, so hat sie eine 6 monatliche bis 2jährige Zuchthausstrafe verwirkt, je nachdem die Leibesfrucht sich diesem Alter mehr

1) Allg. L. R. I. c. §. 914—928.

mehr oder weniger genähert hatte. Sie hat aber eine 2 bis 3jährige Zuchthausstrafe 3) zu gewärtigen, wenn nicht ausgemittelt werden kann, das die nicht vorgezeigte Leibesfrucht unter 30 Wochen alt gewesen, welche jedoch wahrscheinlich todt zur Welt geboren ist. 4) Ist das Alter der Leibesfrucht, und der Umstand, dass sie todt zur Welt gekommen sei, nicht auszumitteln, so soll das Strafverfahren auf eine 3 — 4jährige Zuchthausstrafe gerichtet werden; ist aber ausgemittelt, dass die Frucht zwar noch nicht 30 Wochen, doch aber schon über 3 Monate alt gewesen, so hat die Gebärerin blos, weil sie die Frucht nicht vorgezeigt, auf 3 bis 6 Monate Gefängnis- oder Zuchthausstrafe verwirkt, wenn sie nicht überschritten werden kann, ihre Schwangerschaft schon 14 Tage vor der Entbindung gewusst zu haben. 5)

## §. 12.

*Clam soluta constuprata semina, quae auxiliis destituta, quae ab obstetricie aut alia semina honesta expectare potuit, peperit. Et hic requiritur, quod neque ob stupri aut abortus procurati aut infanticidii delictum majore promerita poena affici queat. Habet hujus delicti corpus aliquam subtilitatem ex eo, quod interfit, an partum vivum enixa sit mulier, an mortuum, et quamdiu viviter natus? Nam si vivum partum ediderit quidem, intra 24 horas fato suo non succum-*

5) Allg. L. R. I. c. §. 937 — 940. §. 942. 943.

cumentem, clandestine parientis poena af-  
fici nequit.<sup>t)</sup> Ut ergo puniri posse clam  
parturiens soluta femina, necesse est, ut  
vel mortuum vel statim extinctum pepererit  
hominem. In hanc rem in epitomen redacta  
juris nostri constitutio haec fere est:

Ueberhaupt muss die todtgebohrne binnen  
24 Stunden nach der Geburt verstorbenen un-  
ehliche Leibesfrucht dem Richter allemal bin-  
nen 24 Stunden nach der Geburt oder dem  
Tode des Kindes vorgezeigt werden, wenn  
nur die Geburtshelferin, oder eine andere  
Person, bei der Niederkunft allein zugegen  
waren, welche aber für verheimlicht zu ach-  
ten, wenn zur Zeit der Geburt keine Heb-  
amme um Beistand ersucht, auch keine andero  
ehrbare Weibsperson dabei zugezogen wor-  
den ist.<sup>u)</sup> Ist die heimliche Niederkunft I)  
ohne Verheimlichung geschehen, so findet  
wider die Mutter eine 6 monatliche Zuch-  
thausstrafe statt; wenn das todtgebohrne oder  
binnen 24 Stunden nach der Geburt verstor-  
bene Kind, ohne kirchliches Begräbnis, heim-  
lich weggeschafft worden, oder das todte  
Kind ohne der Mutter Zuthun dem ordentli-  
chen Begräbnisse, oder der richterlichen Un-  
tersuchung entzogen, und dem Richter dieser  
Vorfall nicht binnen 24 Stunden angezeigt  
worden ist. Sie hat aber eine 1—10 jährige  
Zuchthausstrafe verwirkt, wenn die Art und  
Ursache des Todes durch Besichtigung des Kin-

B 2. des

<sup>t)</sup> Allg. L. R. I. c. §. 948. junct. §. 913.

<sup>u)</sup> Allg. L. R. I. c. §. 912. 913. 957. 958.

des nicht mehr ausgemittelt werden kann. v)  
 Ist aber die heimliche Niederkunft II) mit Verheimlichung der Schwangerschaft verbunden, so findet wider die Mutter 1) eine 4—6 jährige Zuchthausarbeit Statt, wenn sie ein vollständiges wirklich todtes Kind geboren hat. w)  
 2) Eine 5—10 jährige Zuchthausstrafe, wenn das Kind nach dem Besinden der Sachverständigen in der Geburt noch gelebt hat, ingleichen, wenn das in oder nach der Geburt gestorbene Kind der richterlichen Untersuchung durch einen von ihrer Seite erweislich unverdächteten Zusall entzogen worden ist. x)  
 3) Eine 10—15 jährige Zuchthausstrafe nebst Willkommen und Abschied, wenn es entweder noch ungewiss ist, ob die Mutter das tote Kind vorsätzlich der richterlichen Untersuchung entzogen habe; oder wenn zwar an dem Leichnam des Kindes keine Spur ößlicher Verletzung, wohl aber der Verdacht einer sonstigen unnatürlichen und lebensgefährlichen Behandlung gegen sie obwaltet, oder des Kindes Körper von ihr dergestalt behandelt worden, dass durch die Untersuchung der Sachverständigen nicht ausgemittelt werden kann, ob das Kind bei der Geburt gelebt habe; y) und 4) öffentlicher Staupenschlag und lebenswierige Zuchthausstrafe, wenn nach dem Befunde der Sachverständigen, das Kind in der Geburt noch gelebt,

v) Allg. L. R. I. c. §. 957. 958.

w) Allg. L. R. I. c. §. 957. 958.

x) Allg. L. R. I. c. §. 959. 963.

y) Allg. L. R. I. c. §. 960. b) 961. 964.

lebt, und sich an dessen Körper tödtliche Verletzungen zeigen, ohne daß ein von der Mutter verübter Mord vollständig ausgemittelt ist. 2)

§. 13.

Iuris nostri Synopsis sistit et naturam duorum istorum criminum, et poenarum in ea statutarum varietatem. Quae Optimum Principem movit, ut haec duo genera criminum confitueret, ratio saluberrima patet. Tota enim est, ut evitentur infanticidia, quae vel dolo malo, vel culpa admitti solent, neque casu fatali interirent novi cives. Hanc rationem clare monstrat ipsa lex non solum,<sup>aa)</sup> sed etiam exinde colligi potest, quod matres constupratae, ventrem celantes, aut clam parturientes, puniri vetentur, si partus spurius vivus civitati servetur. Deinde ex ipsa lege patet ejusque ratione, ut de istis criminibus quaestio institui nequeat, nisi post parturitionem finitam. Ex eventu enim constare duntaxat poterit judici, num crimen adfit, nec ne. Est scilicet quidem in officio indicis, ut inspiciat solitam feminam et graviditatem praefracte negantem, suspicione tamen justa preslam; et obstetrices gravidam quamvis renunciaverint, tamen propter probatum graviditatem eam punire non potest iudex.

§. 14.

2) Allg. L. R. I. c. §. 960. b)

aa) Allg. L. R. I. c. §. 888;

Quae cum ita sint, merito quaerimus, an defendi pos sit poenarum statutarum haec varietas. Lubenter concedo, interesse utique Reipublicae, ut delicta non sint sine poena, et ut civitas a facinorosis hominibus purgetur. Sed reipublicae quoque interest, ne durus quid statuatur. Qui in criminis vel celatae gravitatis vel clandestinae parturitionis naturam curatius inquisiverit, et me non monente intelliget, ubique idem esse crimen. Qui ergo fit, ut in crimen, cuius eadem semper indeles; semper idem corpus delicti; tanta poenarum varietate graslandum sit. Posset quidem dici, modo majorem adesse suspicionem, quod rea vel crimen abortus procurandi, vel infanticidii meditata sit; ideoque modo maiorem modo minorem puniendum esse reae reatum. Sed lex nostra silet de sola cogitatione abortus faciendi, aut infanticidii perpetrandi punienda. Semper iubet punire vel uterum simulatum vel parturitionem clandestinam; sola haec crimina nominat. Accedit, quod probari nunquam poterit, quod modo adsit modo absit, qui ex meditatione majoris criminis oritur, major minorve reatus. Ipsi enim haec cogitatio non recipit criminis notionem ex nostri juris philosophia. Crimen scilicet est actio libera qua alteri injuria nocitum est. bb) Sed interest, an quis

bb) Allg. L. R. I. c. §. 7.

quis alteri injuria nocere velit, non vero alteri injuria nocuerit. Evidem non nego, damnum infectum principem puniendum statuere; ideoque et conatum delinquendi poenali lege coercere posse. At Princeps noster damnum infectum crimen esse noluit, quia expresse jubet:

Wer durch eine freie Handlung Iemanden widerrechtlich Schaden zufügt, der begehet ein Verbrechen; non vero: Wer durch eine freie Handlung Iemanden widerrechtlich Schaden zufügen will, begehet ein Verbrechen.

§. 15.

Sed singamus, adesne semper damnum quod soluta semina iniuria civitati dat, utin vel ventrem celat, vel clam parit, cum puniri debeat ex lege; de eo tamen constabit, semper idem adesne dampnum, non varium. Nam quod ex ipsis criminibus inferri potest civitati dampnum, nullum aliud esse potest, nisi quod civem non pepererit, cuius acquirendi jus quaesitum est civitati ex ipso conceptionis facto. In aprico est, isto solo absolvi damni reipublicae hoc facinore iniuria dati naturam, ex ratione hoc quoque constat, quae Principem nostrum movit, ut haec crimina puniri juberet. (§. 13.) Qui ergo sit, ut, cum idem dampnum datum non ubique, eadem expiari debeat poena? Non intercederem, si Principi placueret, ut hocce dampnum Reipublicas datum summo supplicio es-  
set

set expiandum. Sed cum et leviores poenam sufficere crediderit, necesse est, ut Republicae satisfiat ob damnum ei a muliercula facinorosa datum. Forte quispiam dixerit, majori pretio esse reipublicae civem embryonem perfectum, quam civem embryonem imperfectum. Sed vereor, ne ista ratio procedat. Nam civis neque merx est, neque in commercio. Deinde, quis unquam sustinuit, maiori poena esse afficiendum, qui civem virum, minorem, quive civem impuberem dolo malo occiderit? Eadem poena expiatur homicidium, quo enecatus est infans, infantia major, vir etc. atque nullam video rationem, quae nos Ictos movere posset, ut alia lance demetremur damnum, quod in civitatem refluit ex nece civis embryonis, quam ex civis jamjam nati, aut adulti, qui vel corporre vel animo de republica bene merere potest.

## §. 16.

Itaque cum idem semper sit crimen, idem semper damnum, quo reipublicae nocitum dici potest, interesse puto reipublicae, si salus reipublicae exigat, ut haec facinora non sint sine poena, ut ubique sit eadem, sit quae sit, magna parvave coercitio. At non solum istam poenarum varietatem incommodam quis dixerit ob hoc argumentum, sed est et aliud, quo oppugnari potest haec poenarum varietas. Sint scilicet haec

haec facinora crimina, opus semper erit inquisitione. Reipublicae vero, interest poenam promeritam quam proxime sequi facinus. Interesse igitur videtur reipublicae, omnia ea removere, quae inquisitionis finem et justum ferale judicium morantur. Sunt delicta, quae probationem secundum habent. In hanc classem opportune conjici possunt haec crimina. Nam cum omne dicatur damnum, quod ex his infertur reipublicae, esse in eo, quod mater non pepererit reipublicae civem, quia ventrem celavit, vel clam peperit, vix ullum dici poterit crimen; quod facilius probari posit, quodque magis, levato judicii velo, judicari posit, quam haec. Peperit fine omni teste femina idonea, quae vel ventrem negavit, vel confessa est muliercula, corpus humanum inanima. Delictum certum statim atque probatum dici poterit. Destituta nimirum singitur omni teste, ideoque procedit argumentatio: Vel peperit vivum vel mortuum. Si posterius, delictum non aderit; statimque constat de mulierculae impunitate. Si vero prius, constat de criminis veritate, ideoque de jure celerrimo punitionis. Noli oggerere, non raro dubitari posse de vita ejus, quod enixa est. Sed noli quaerere nodum in scirpo. Medici enim vel vixisse renificant, vel minus. Si illis credendum est; de damni dati veritate judecabitare amplius nequit in specie priore;

CURIA

cum certa sit in posteriore, damnum datum esse nullum. Si medici ipsi dubitent, forte dixeris, vel si cadaver non inveniatur quod inspicere possint; causa eadem est, quae jam est. Iudicium enim judicis tunc pendebit, ut jam pendet ex praesumtione legis, quae partum vel vixisse, vel mortuum editum esse jubet credere. Videmus ergo, nequidem in ipsis speciebus ream de injuria poenae queri posse.

## §. 17.

Poenarum statuta varietas in ista criminis et optimi judicis animum facilissime fallit. Intricatae sunt species. Facile labitur iudicis motus, et iniqua dictatur sententia. Ipsa subtilitas legis quae dividit causas, satis indicat, Principem nolle, ream puniri ultra modum. Certum est argumentum, peius iudicare iudicem, qui gravius vel lenius oblatum delictum puniverit. Quo cordior ergo erit iudex, eo lentior procedet ad iudicandum. Ipse enim optime perspicit verissimum hic esse, praecipue in isto juris criminalis capite, ob casuum, qui obveniunt, perplexitatem, periculosam esse definitionem, cum parum sit in nostro arguimento, quod subverti non possit. Auget metum cogitatio conditionis rearum, quarum frequentissima sunt exempla. Quae scilicet horum criminum accusari solent, ex eo

eo sunt civium genere, quod ob animi culturam, et inopiam praeter corpus omnia alia negligit. Praeter pudicitiam hujus classis mulierculae vix quid habent in pecudio. Con stupratae amisam rem adhuc habere alias persuadere enixissime student. Hocce studium eis naturam docuisse credideris. Gravidas sese sentientes, se male fecisse hand negant; sed quid faciendum sit anxiae haerent. In judicium de graviditate vocatae, facile eam consitentur, quam extra judicium constantissime negarunt; et vix una alterave iudicem, negans conditionem suam suspectam, adiget, inspecturos ventrem, ut obstetrices mittere necesse sit. Quid jam? Iudex ex lege inculcat legis observationem, cuius capita explicavit. Sed quae audivit modo a judece, vix domum redux obliterata est, et dum iudex cavit missis curiosis, rumor, qui inter familiares oritur de graviditate, facit, ut omnis auditorum memoria evanescat. Accedit, quod raro sese ipsam exhibere possit, ideoque quantum fieri potest ex operarum locatione alimoniam quaerit. Hinc intelligi potest, qui fiat, ut fere sola plebecula horum criminum rearum exempla offerat iudici. Quae enim ditiones, aut liberalius educatae fuerint feminae, si in corpus peccaverint, horum criminum reae vel nunquam vel rarissime iudicantur.

Cujus rei cum optimam habeam testem experientiam, merito quaeri posset: an praefet, criminis, quod ab illa civium inferiore clasfe perpetrari vulgo solet, quae plurimam habet excusationem delicti, sublata omni poenarum varietate, unam eamque perpetuam statuere poenam, quae locum sibi vindicaret, quoties femina soluta studiose clam perperit foetum, quem vixisse medici renunciant. Neque quis putet, poenarum metu effici posse, ut eae quae ut plurimum horum criminiuum reae sunt, ab ipsis maleficiis proliberi queant. Dum earum pudicitia follicitatur, dum corpus suum mari permittunt, nequidem cogitant de conceptione, graviditatisque incommodis, quae tamen propriis sunt, quam poenae publicae in uterum dissimilatum et clandestinam parturitionem statutae. Credi non potest, vim aliquam habituram cogitationem ex metu poenae, quae ista crimina sequitur. Pejores porro punitae evadunt. Pudicitiores ex ergastulo reduces vix unquam expectabis, et ea est hominum natura, ut se suasque res credere nolint facinorosis. Intercisa opportunitate iustum quaerendi quaestum, invitae jam quasi coguntur, ut in turpius ruant; et quae per petuo carceri mancipantur, perpetuam alienoriam a republica expectant. Sunt fisco oneri; quae, si leviori poena, qua lui posse lex

lex nostra ipsa agnoscit, haec crimina afficerentur, retinerent occasionem quaerendi, unde ipsae viverent. Constatupratae feminae, quae ob stuprum puniri nequit, diu lex nostra infamiam sustulit. Si aequali, ex vulgi falso opinione non famosa poena plecterentur, et matrimonii ineundi invenirent forte occasionem; et foecunditate legitima, aut si in corpus peccare suum perseverarent, illegitima, vel cautores vel doctiores poena redditae, resarcirent reipublicae damnum, quod olim dedisse argui possent, male parientes.

---

*Ingenui et eruditii Commititones, qui ad  
versariorum partes suscepserunt:*

VALENTINVS REMMERT, FVLDA-

NVS.

CAROLVS LVDOVICVS HEIN-  
SIVS, NEO-MARCHICVS.

IOANNES CHRISTIANVS MEY-  
ERRHEINE, MAGDEBURGICVS.

mit dem er seine Szenen abgespielt hat.  
Ihnen auf der anderen Seite des Theaters  
wurde ein großer Saal mit einer  
großen Tafel und einem großen  
Theaterstück dargestellt. Ein  
Theaterstück, das von den  
Schülern geschrieben und gespielt  
wurde. Es war ein sehr  
schönes Theaterstück.

Am Ende des Theaters stand eine

Zeitung mit dem Titel "Die  
Neue Zeit".









Halle, Diss., 1795/1800



Slc.

vel 18



**Farkbkarte #13**

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	B.I.G.	Black
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	B.I.G.	Black

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

DISSERTATIONEM IVRIDICAM  
DE  
**IVRE POENARVM**  
CRIMINIS GRAVIDITATIS CELATAE,  
ET  
PARTVRITIONIS CLANDESTINAE  
DVBIO.

P R A E S I D E

VIRGO

## GRAVISSIMO, CONSULTISSIMO

ET CLARISSIMO

ET CLARISSIMO  
D. IOANNE CHRIST. WOLTAER

PROF. IVR. ORDINAR. ET FACVLT. IVRID.

**ASSESSOIRE**

LEGI STIPENDII OBTENTI SATISFACTVRVS  
DIE XII. APRILIS CICICCCC.

# RVBVICE DEFENDET

## A V C T O R

CAROLVS FRIDERICVS FRICCIUS,  
STENDALIA - PALAEO - MARCHICVS.

HALAE,  
FORMIS IO. CHRIST. HENDELII.